

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

“ Ἄπαν θ' ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος.  
 “ Φύει γ' ἄδηλα & quod Simonides.  
 “ Οὐκ ἔστιν μείζων βάσανος χρόνος ἔθενος ἔργου.  
 “ Et hic ἀποκαλύπτται, intellige ἔργον ἐν πυρὶ per incendium.  
 “ Καὶ ἐκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι τὸ πῦρ δοκιμάσαι.  
 “ Rectè. Nam aurum ignibus inuictum est: Argentum &  
 “ marmora diu igni resistunt: Minus lignum: Minimè stramen  
 “ & calmus: ἐν πυρὶ δοκιμάζεται χρυσὸς Ecclesiast: II, 5.

Quid per di-  
 em hic no-  
 tetur?

Per diem non indefinitè longum tempus, sed certa dies intelli-  
 gitur, uls vocis communis & receptiori. Nectamen dies Domini  
 vel iudicii novissimi designatur, quod Pontificis pleriq; volunt, quum  
 in veterem versionem vox Domini irreplerit, quæ in Grae-  
 cis codicibus non invenitur; sed dies tribulationis, quia non  
 de manifestatione omnium occultorum agitur, quæ fiet in  
 novissimo die, sed de explicatione dogmatum, quæ fundamento su-  
 perstruantur; & manifestatio illa fieri dicitur in igne explorationis  
 sc: tum scripturarum, tum tentationum, sive in persecutionum &  
 vitæ periculo, sive in extremo agonis articulo, quâ fides scriptura-  
 rum vera probatur, & perficitur quasi aurum, falsa verò, & erronea  
 consumitur ut scenum. Nam & scriptura igni comparatur Ps:  
 XII, 7. Jer: XXIII, 29. Luc. XXIV, 32. & tentatio crucis 1. Petr. I, 7. In  
 novissimo die non erit tempus probationis, sed iudicii, quò unus-  
 quisq; suscipiet, prout iam suò ex hac vita excessu repertus fuit. Et  
 dies iudicii DEI est quidem instar ignis ardentis, sed impiis: Piis  
 verò est dies redemptionis, refrigerii, & restitutionis omnium Luc;  
 XXI, 28. Act: III, 21.

“ v. 14. εἰ τι θεὸς τὸ ἔργον μένει, ὃ ἐπωκοδόμησθαι, μισθὸν λήψεται.  
 “ Jam venit ad ἀπόδοσιν. Si quis doctor præcepta specialia dede-  
 “ rit, quæ considerata re, tempore, loco, circumstantiis, convenient  
 “ cum generalibus Christi præceptis, is honorem apud Ecclesias  
 “ omnes consequetur. Clemens Stromatum VII. ἡ μὲν δὲ πίστις σύν-  
 “ τυμός, ἐστίν, ὡς εἰπεῖν τῶν κατεπειγόντων γνώσις. Ἡ γνώσις ἢ ἀπόδειξις  
 “ τῶν διὰ πίστεως παρελημμένων ἰχυρὰ καὶ βίβαια, διὰ τῆς κορυφα-  
 “ κῆς διδασκαλίας, ἐπωκοδοουμένη τῇ πίστει εἰς τὸ ἀμετάπτωτον, καὶ μετ'  
 “ ἐπιστήμην κτ' ληπτὸν ὡς ἀπέμωστα. Καί μοι δοκεῖ πρώτη τις  
 “ εἶναι